



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 43. Hujus decreti observantia prohibitorum Rituum Patronis stricte
præcepta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

§. XLIII.

Hujus Decreti observantia prohibitorum Rituum Patronis stricte præcepta.

Quamvis hujus decreti tenor omnem ambiguitatem, omnemque cavil-^{Fattinellus in Relat. mort. Turn. pag. 89. Acta l. c.} landi, aut sinistre interpretandi libidinem excludere videretur, non deerant tamen ex horum Rituum Patronis nonnulli, qui, ut huic decisioni obtemperandi necessitatem eluderent, in vulgus sparserunt, ea, quæ in hujus decreti prima parte decreta fuere, in altera penitus eversa fuisse. Eapropter Pontifex Antonio Banchieri S. Officii Assessori in mandatis dedit, ut Michaeli Angelo Tamburino Societatis Præposito injungeret, quatenus hic suis exactam tam primi, quam secundi decreti observantiam sine ullo quæsito obtentu quantocius præciperet. Huic ergo Pontificis mandato morem gesturus Banchierius, die undecima Octobris ad præfatum Societatis Generalem has dedit literas: „Ad obviandum „sinistris interpretationibus, quæ contra mentem suæ Sanctitatis super Decreto novissime in caussa Rituum Chinsium publicato, a nonnullis formantur quasi vero in secunda illius

M 4

„parte

Sæc. XVIII „parte fuerit destructum, quod in pri-
 A. C. 1710. „ma dispositum fuit, Reverendissimæ
 „suæ Fraternitati, elapsa hebdomada,
 „de mandato Sanctissimi Domini nostri
 „exposui, quod sicuti ipsamet Sanctitas
 „sua nunquam sensit primum suum De-
 „cretum de Anno 1704. talem habuisse
 „conditionem, ut proinde, illud obser-
 „vare, in arbitrio illius, tam qui non
 „crederet, quam qui crederet exposi-
 „tionem verificatam, positum foret, ita
 „vult, quod exacte illius uti & man-
 „dati Domini Cardinalis de Turnon.
 „observantia, adeo districte in postremo
 „decreto injuncta hujusmodi prætextu
 „neutiquam possit eludi citra incursum
 „pœnarum, etiam in dicto Mandato
 „contentarum, addendo, quod (uti
 „scripsi) ad tollendum hunc prætextu
 „Conditionalitatis primi Decreti præ-
 „textum sua Sanctitas præcipue ordi-
 „naverit, novissimo Decreto inseri illa
 „verba: *quovis contra faciendi quæsito*
colore, seu prætextu penitus sublato: Novo
 „nunc suæ Sanctitatis Mandato obedio,
 „significando Paternitatis vestræ Reve-
 „rendissimæ, ut (cum hodie sit dies
 „Postæ) hodierno cursore, missura Re-
 „ligiosis suis in China, prædictum de-
 „cretum, notitiam quoque declaratio-
 „nis ejusdem a me sibi factæ ipsis com-
 „municare non gravetur, ut, quantum

„ad

„ad ipsos attinet, punctualis observan- Sæc. XVIII.
 „tia ejusdem Decreti, quæ (uti Pater- A. C. 1710.
 „nitas Vestra bene novit) suam Beati-
 „tudinem adeo premit, nulla ratione
 „retardetur, quod plene sibi de ipsis
 „sua Sanctitas compromittit. „

§. XLIV.

*P. Tamburini Societatis Præpositi
 responsum ad has literas.*

Acceptis hisce literis mox præfatus
 Societatis Generalis eadem adhuc
 die hæc rescripsit : „Sentimenta &
 „jussa suæ Sanctitatis ab Illustrissima
 „Dominatione Vestra mihi exposita,
 „per suam de die 11. Currentis, ea, qua
 „debui Veneratione, recepi; precor au-
 „tem, suam Sanctitatem asscurari,
 „quod me illis conformabo, eaque ma-
 „xima cum diligentia, executioni man-
 „dabo, omnemque possibilem adhibebo,
 „ut, pari cum punctualitate, omnes
 „alii Societatis Religiosi, ea exequan-
 „tur; & spero, me ad id, in uno quo-
 „que ipsorum, illam promptitudinem
 „asscuraturum, quam, suæ Sanctitatis
 „nutibus, omnes debemus. Et illust-
 „rissimam Dominationem vestram ve-
 „nerando me devoveo. „

Huic promisso operis constantia non
 defuit; quippe idem Generalis quinque